R 3. Aug. 42.

31
25

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Vir nobiliss.

Inter negotia continua hoc otij mihi ipsi extorsi, quod in hoc diagrammate vides expressum. Brosterhusij versus sunt, et cantus meus, hilaritatis argumentum, & incitamentum. Videbatur istud et tuis otijs servire posse; quoniam sua facilitate hominem occupat, ut inter negotia respiret. Hac septimana spero absolvere ea quæ Typographus a me expectat, nimirum instructionem et discursum de modo cantandi, et psallendi. Hæc Enchiridio tuo, quod sub manibus habeo, præcipue serviunt; cui deinceps manum admovebo strenue. Sed ut nuper dixi quadam meditatione egent, ut philomusis persuadeam, quam suspectam habent ex ignorantia, vel inolita consuetudine, veritatem. Huic ego me devovi: eamque tibi destinavi. Si vero in his otijs meis aliquid sit quod arrideat (omnia enim ad normam exacta sunt) data occasione intelligam, et dabo operam uti expectationi respondeam. Vale. Harlemi III. Kal. Sextiles CIↃ.IↃC.XLII.

Tuus Servus
Jo. Alb. Bannius

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 25
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3085

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 25
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3085

Nobiliss. ac generoso
Viro
D. Constantino Hugenio
Equiti, Dom. in Zulichem
Suæ Celsitudini a con-
siliis & secretis

Int Leger

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 25
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3085

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 25
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3085

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 25
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3085

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bannius) 25
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3085